



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 15. Connubium Ladislai Poloniæ Regis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV
A.C. 1417

piscopatuum promovebat, ea tamen lege, ut si primo confirmatus vita excederet, Bajonense Capitulum ad novam electionem non procederet; ita enim cum Arragoniæ Rege conventum erat. Tertio decreto incolis Marchiæ Anconitanæ præcipiebatur, Angelo Corario olim Gregorio XII. tanquam vero ejus Legato obedientiam præstarent. Quartum denique successores substituit Commissariis ad causas fidei in Bohemia deputatis, vel mortuis vel officio defunctis. Ante Sessionis finem recitata est Poloniæ Regis, & Ducis Lithuanæ epistola per Gnesnensem Archiepiscopum allata, in qua ambo Principes Synodo significant, se nihil eorum non egisse, quibus firma pax cum Ordine Teutonico revocaretur, Equites vero conditiones cunctas, easque honestissimas respuisse, ideoque si Poloni jure defensionis propriæ ad arma descensuri essent, Equitum ipsorum id culpæ fore.

§. XV.

Connubium Ladislai Poloniæ Regis.

Dlugoff. lib.
12. p. 374.
379.

Anno Salvatoris millesimo quadringentesimo decimo sexto die vigesima prima Martii Anna Regina, Comitis Cilleiensis Filia, secunda Ladislai Jagellonis Poloniæ Regis conjux, Cracoviæ e vita decessit.

decesserat; hoc autem anno prima Maji Sæcul. XV.
 die Rex duxit Elisabetham de Piltzia fi- A. C. 1417.
 liam Castellani, seu Vice-Regis Poloniae.
 Illa vidua erat tertio orbata marito, se-
 nex, infirma, ac prolibus relictis abun-
 dans. Irrito profus conatu Regis Consi-
 liarii Ladislao exponebant, ejusmodi nu-
 ptias tanto Rege non minus indignas,
 quam regno perniciosas esse, a propo-
 sito tamen illum dimovere haud poterant.
 Ceterum neo-assumptam Reginam coro-
 nandi jus Primatis Poloniae dignitas Ar-
 chiepiscopo Gnesnensi afferebat, absentis
 tamen vices supplevit Archipræsul Leo-
 poldiensis. Verum Gnesnensis veritus,
 ne id Primatui suo præjudicio esset, jus
 suum per Synodi decretum confirmari
 petiit, obtinuitque.

§. XVI.

Hussitarum furor in Bohemia.

Hussitæ accepto Hieronymi Pragensis Boles. Balb.
 supplicii nuncio, indomitis impoten- p. 459.
 tibusque furiis vehementius agitati, om-
 nia ferro flammaque devastant, Sacerdo-
 tes trucidant, diripiunt Ecclesias, atque
 incendiis delent, Verbo, omnia sus deque
 vertunt; illi etiam, qui ceteris scientia
 prævalere videbantur, sectæ suæ formu-
 lam concinnant, in qua summum Ponti-
 ficem aliis Episcopis æquiparant; purga-
 torium